

Stephanus Galdeti

*Qui ambulant vias non
bonas, sed post peccata sua*

Editor: Florina Hariga

work in progress
16.07.2026

Manuscripts:

P1 Paris, BnF lat. 16408

P2 Paris, BnF lat. 16409

Project NOTA-ERC

|| **Qui ambulant vias non bonas, sed post peccata sua.** Et similia collige.

BERNARDUS in sermone de Ascensione Domini: errorem PELAGII videtur fuisse ab exordio creature. || Patet de errore primi angeli qui in suis naturalibus gloriatus superbiat. Ab hac errore Adam non immunis extitit. Cayin quoque divine gratie manifestus inpuator extitit dicens: *maior est iniquitas mea* etc. Et etiam invidendo fratri suo de divina gratia, et illa que voluerunt contruere turim Babel. Et Esau et siqui alii in Antiquo Testamento ut ex versibus *Biblie* etc.

P2 139r

Eritque semper error iste quamdiu durabit in humano libertas contingentie donec Deus erit omnia in omnibus et adhuc tunc manebit, quamvis non libere in dampnatis iuxta illud *superbia eorum qui te oderunt ascendit semper*.

Completus et finalis et excellens PELAGIANUS erit Antichristus qui *extolletur supra omne illud quod est Deus quem* Dominus Ihesus interficiet spiritu oris sui.

Ad oppositum Pelagiane superbie que maxime est ex confidentia meritorum, scilicet humilitatem debet movere maxime incertitudo divine gratuite bonitatis que apparuit in latrone bono etc. In publicano phisco et peccatore unde ponitur ibidem quod *descendit iustificatus* etc., et alibi *publicani et peccatores* etc., *et meretrices* etc., *precedent* confidentes de sua iustitia *in regno Dei*. Unde in sola divina gratuita bonitate confidendum, unde illa diffinitio spei a MAGISTRO qua dicitur quod “est certa expectatio” etc. exponenda.

Et inde timere debet omnis creatura rationalis quantumcumque secundum presentem iustitiam Deo grata, ne per superbiam eleuetur que etiam ex bono oritur, ut frequenter in suis orationibus finalibus librorum actor *De causa Dei* proloquitur.

Mirandum est insuper qualiter post tam solempnem condempnationem PELAGII ab Ecclesia post Christi doctrinam et APOSTOLI et AUGUSTINI, ac post duos tales tubicines, ut est Dominus CANTUARIENSIS et Magister GREGORIUS. Ecclesia audet apparere non post PELAGIUM

3 Bernardus — Domini] *in marg. P1* ; *om. P2* ; initium omnis peccati superbia *add. sup. lin. P1* ; *om. P2* 4 angeli] *invidia dyaboli mors add. sup. lin. P1* ; *om. P2* 14 completus] *p. c. P1* ; *completurus P2* 16 oris] *suo add. sed del. P2* 18 scilicet humilitatem] *sup. lin. P1* 19 phisco] *sup. lin. P1* 23 a Magistro] *sup. lin. P1* 24 etc.] *sup. lin. P1* 25–28 et inde — proloquitur] *nam talia habent annexum contritis non habitualis superbia docet add. in marg. P1* ; *superbia add. sed del. P1* ; *experientia de Pelagianis add. in marg. P1* 1/29–2/2 mirandum est — tali errori] *contra hec ratio tacta fuit supra contra prelatos add. in marg. P1*

moraliter, et adhuc magis mirandum quomodo post premissa aliqua speculative audent assentire aut opinari aliquid conforme tali errori.

An error PELAGII gravior errore || ARRII ubi considerandum difficultas iudicii de gravitate peccatorum. Primo, nam forte omne
 5 peccatum est infinite gravitatis et imputabilitatis, nisi ex divina voluntate misericorditer imputante que non est nobis nota ex nobis apparentibus unde que pena cui peccato debetur est divini iudicii non humanam, ut alibi de veniali et mortali.

P2 139v

Tamen ex circumstantiis posset dici error PELAGII magis infectivus,
 10 nam pene totus mundus vadit post PELAGIUM, et ideo si pena ARRII est intelligenda, secundum AUGUSTINUM, pariter, PELAGII maior.

Unde hic error est illa malignitas de qua IOHANNES ait quod totus mundus in maligno positus est et iterum *stultorum infinitus est numerus*.

De primo angelo notum est quod fuit Pelagianus, nam presumpsit
 15 de suis naturalibus et per illa se posse attingere suam ultimam perfectionem voluit, unde ait *ascendam* etc., et *similis ero altissimo*. Modo huius vadunt volentes propriis viribus dominari et quibus ut inquit BERNARDUS “libido dominandum dominatur” et hoc moraliter.

Speculative vero post vadunt dicentes absque Christi gratia fuisse
 20 aut esse aliquod iustum dominium unde sicut nec aliquod dominium potuit aut potest iuste exerceri sine gratia Christi auxiliante, ita nec esse unde Christus omnibus iustis dominiis dominium meruit et auxilium ad exercendum sicut etiam gratiam ad iuste vivendum etc.

7 apparentibus] o altitudo *add. sup. lin. P1* que] iudicia Dei *add. sup. lin. P1* 11 intelligenda] intelligendi *P1* secundum Augustinum] *sup. lin. P1* 14–18 de primo angelo — moraliter] et sic iste error omnem creaturam infecit et omnem possibilem posset *add. in marg. P1* 14 angelo] articulo *P2* quod — nam] *sup. lin. P1* quod] *iter. sup. lin. P1* 17 vadunt] *iter. P1* 18 Bernardus] *sup. lin. P1* 19–23 speculative — vivendum etc.] de dominio dicendum et aliorum iustorum *add. in marg. P1* 23 etiam] *sup. lin. P1*